

40



N E W T O N
O P T I C E.



1929 a 2314



ISAACUS NEVVTON
EQUES Anno. Ætat. 84. An. Chr. 1726.

APUD
MARCUM-MICHAELEM BOUSQUET
Et Socios MDCCXL.

Daudet Sculp. Luyd.

51166

Digitized by Google

OPTICE:

SIVE DE
REFLEXIONIBUS, REFRACTIONIBUS,
INFLEXIONIBUS ET COLORIBUS

LUCI S,

LIBRI TRES.

AUCTORE

ISAACO NEWTON,
EQUITE AURATO.

Latine reddidit

SAMUEL CLARKE, S.T.P.

EDITIO NOVISSIMA.




LAUSANNE & GENEVÆ,

Sumpt: MARCI-MICHAELIS BOUSQUET & Sociorum.

M D C C X L .



11704 (engl.)
vol. 1706 m. 2.



V I R O
LONGE CELEBERRIMO,
JOANNI BERNOULLIO,
MEDICINÆ DOCTORI,
MATHESEOS IN UNIVERSITATE BASILIENSI,
PROFESSORI CLARISSIMO,
SOCIETATUM REGIARUM

†

P A R L


PARISIENSIS, LONDINENSIS, PETROPOLI-

TANÆ, BEROLINENSIS, BONONIENSIS,

S O C I O ,

N U L L I S E C U N D O .

VIR CELEBERRIME ,



A M P R I D E M circumspic-
cienti mibi , cui banc , quam
adornavi , novam Opticæ
NEWTONI Editionem po-
tissimum commendarem ,
ipse Liber quo me conver-
terem ostendit ; identidem
monens , si & famæ Authoris , & suæ digni-
tatis rationem babere vellem , unius tantum
Viri

Viri patrocinio exornari debere ; neque aliud cum NEWTONI nomine quam JOHANNIS BERNOULLII nomen conjungi posse. His justissimis rationibus permotus , Tibi , Celeberrime Vir , hoc opus inscribendum putavi , a summo , ut nosti , Britannorum Viro profectum , a magnis Viris summis encomiis condonatum , & , quod cumulus laudis videtur , Tibimet ipsi , ut ex Amico comperi , in tot aliis a NEWTONO egregie scriptis , in primis vobementer probatum. Hinc Tuum Nomen merito præfigendum erat. Cum enim & scribentis , & probantis cuiusque separatim tanta sit auctoritas ; quid tanta nomina in eadem pagina conjuncta valebunt ? Neque hic quidquam dico de quo dubitari possit , aut quod non æque apud omnes in confessò sit.

Præclarissima enim inventa , quibus jam ex quinquaginta fere annis Geometriam in immensum ampliasti , jam dudum in eo gradu Te constituerunt , ut bodie nemo hoc in genere Te cum se comparare ausit. Et Te , quotquot sunt bene cordati rerum Mathematicarum ju-
† 2 dices,

I V E P I S T O L A

ces, omnis fere Geometriæ sublimioris uno ore patrem prædicant atque instauratorem; & quidquid bodie pulchri in Geometria perficitur, Tuis principiis, ceu armis, peragi confitentur. Nam, ut multa alia taceam, ipsum hoc ævorientopere celebratum Infinitorum calculum, cuius ope tot nova in lucem protrabuntur, Tua præcipue opera ex tenebris erutum, perpolitum, & maximis questionibus applicatum fuisse, candide agnoscunt. Quod profecto si non fecisses, tam acerba contentio de ejus vero inventore baud dubie nunquam audita fuisset. Cum itaque Gallia suum C A R T E S I U M, Batavia suum H U G E N I U M commemoret; Germania vero de L E I B N I T I O triumphos agat, & Britannia suum N E W T O N U M tanquam Semideum in cœlos efferat; babebitne Helvetia de quo glorietur, quæ Virum dedit, qui non solum errores vidi & emendavit, sed, quod mibi multo majus videtur, hos ipsos Viros recte laudare, nempe intelligere & imitari docuit?

In quibus cum merito Tuæ, Vir Celeberrime,
&

DEDICATORIA.

v

¶ amplissimæ Tuæ familiæ laudes celebrentur ; tum etiam non parum decoris & ornamenti Patriæ inde accessisse videtur. Nam cum antea bellicæ quidem laudis Helvetiæ multum esset , & non satis noti nostri homines , animo quidem boni , sed mente tardiores perbiberentur ; Tu , quod parvum non est , primus ostendisse videris , quid ingenio in abstrusissimis valeant , quamprimum digna statuissent in quibus elaborarent : & cum , non multo antebac , in hoc genere omnia exteris concederemus , nunc , tanquam mutata alea , Tua , & Tuorum Opera factum est , ut hoc tempore , nullis repugnantibus , facile in Geometria principatum obtineamus.

Tametsi autem Tu , Vir Celeberrime , Tuique nostris , ad hæc studia & excolenda & sublevanda , summo incitamento fueritis , & jam pridem quoque & hoc tempore , multa egregia tam sacræ quam profanæ antiquitatis monumenta in Publicum prodierint , ut nusquam fere magis ; Nescio tamen qui fiat , ut in Mathematicis rebus , quæ bodie tantopere excoluntur ,

VI E P I S T O L A

tur, nihil admodum a nostrarium typis præclarri sive ad gloriam, sive ad discentium utilitatem profectum sit; si a Tua Manuaria Nautica, & JACOBI fratri Conjectandi Arte discesseris. Cum itaque decreverim Rem Librariam olim apud nos florentem, jam autem penè collapsam, quantum in me est, restaurare, & aliquid boni in publicos usus conferre; id mihi agendum potissimum censui, Mathematicas disciplinas nostris typis illustrare, quo saltem partem eorum, quibus Optimæ Scientiæ continentur, in nostra penu reperire possumus. Hinc & WOLFII Compendium Elementorum Mathematiceos, & NEWTONI Tractatum de Coloribus simul excudo, quo & tironibus & exercitatis prospiceretur, & utrisque esset in quo se exercearent.

Concede itaque, ut hic in Britannia natus Liber, tanquam novus hospes, bis in terris sub Tuis auspiciis innotescat, familiaritates contrabat, & amicos paret. Non potes non hoc officii genus & ipsis Manibus defuncti NEWTONI tribuere, qui dum viveret Te maximi fecit; quem amicum babuisti, & sæpius maxi-

D E D I C A T O R I A. VII

*maximis laudibus condecorasti. Vale, Vir
Excellentissime, & fave his meis conatibus,
ac Tua benevolentia prosequere; quo nec ho-
rum me pœnitent, & majoribus studiis Ma-
thematica juvanda alacrior reddar.*

VIR CELEBERRIME,

Dabam
LAUSANNE
die 1. Aprilis Anni. MDC
Dionys. 1740.

Illustrissimi Tui Nominis Cultor,
ad quælibet Officia paratus, promptus,
obsequentissimus,

M A R C U S - M I C H A E L
B O U S Q U E T.



P R Æ F A T I O

I N T E R P R E T I S.



N rerum naturæ investigatione , non fictis hypothefibus , non levibus conjecturis , sed vel calculo Mathematico , vel claris certisque experimentis , omnino innitendum esse ei , qui maximis erroribus implicari & in summa rerum naturalium ignoratione versari nolit ; convenit jam fere inter eruditos omnes , peritioresque Philosophos .

Atque

Atque hac demum naturam speculandi ratione , quam longe , non ultra opinionem modo , sed ultra hominum etiam doctissimum spem , proferri possint scientiae fines ; edocuit illustrissimus Author noster , vir & fide & moribus antiquis , & summa modestia ; atque in utroque philosophandi genere , tum calculis Mathematicis ponendis , tum experimentis capiendis , longe omnium quicunque fuerint & perspicacitate ingenii & judicii firmitate princeps.

Superioris generis immensum exemplum est liber ille nunquam satis laudandus , qui inscribitur *Philosophiae naturalis principia mathematica*. In quo celeberrimus Author , cum ex phænomenis motuum investigasset vires naturæ , deinde ex ipsis viribus demonstravit phænomena reliqua : & cum ex phænomenis cœlestibus , per propositiones mathematice demonstratas derivasset vires gravitatis , quibus corpora ad Solem & planetas singulos tendunt ; deinde ex ipsis viribus , per propositiones itidem mathematicas , deduxit motus planetarum , cometarum , & lu-

††

næ

næ. Atque ita Astronomiam tandem tradidit, non jam amplius in conjecturis nixam, sed omnibus suis numeris perfectam plane & absolutam scientiam.

Posterioris generis exemplum est hic tractatus. In quo nova ac miranda luminis phænomena ; refractionum inæquabilitas , radiorum in eandem superficiem iisdem angulis incidentium alternæ reflexionis ac transmissus vices , variæ radiorum prope corporum obiectorum extrema parvo intervallo transeuntium inflexiones , & sui singulorum colores connati & immutabiles ; clarissimis experimentis , sine ulla omnino hypothesi , comprobantur simul & explicantur luculentissime.

Quare nihil hic opus est ut lectorem moneam , luminis proprietates , ejusque motuum leges , sibi in hoc pulcherrimo opere explicatum iri , stupendas plane ac inauditas , perque omnia retro secula reconditas atque abditas ; easdem tamen jam dehinc ita aperatas futuras , ita manifestas , ut nemo posthac , hujusmodi rerum intelligens , dubitare possit , quin intimam lucis colorumque naturam tam per-

perspectam habeat , tam sibi hic ante oculos positam & penitus patefactam cernat , quam quod in rerum natura uspiam est exploratissimum.

Verum , quoniam illustrissimo Authori visum est , librum hunc sermone Anglico scriptum emittere , & in præfatione sua cavere , ne quis , se insciente , eum in alium sermonem converteret ; id hic certior faciendus est lector , hanc versionem & authoris jussu incœptam , & eodem approbante absolutam ; & quæcunque in orationis contextu , majoris perspicuitatis gratia , aliquantulum immutata sint , paucula quidem illa , sed quæcunque sint , ea omnia , vel jussu authoris vel ejusdem permisso , esse immutata.

S. Clarke.

†† 2 A U-



A U T H O R I S
M O N I T I O P R I O R
A D L E C T O R E M.



*ARS aliqua bujus tracta-
tus de lumine, scripta fuit
anno 1675, rogatu amico-
rum quorundam e Socie-
tate Regia; ad cujas So-
cietatis Scribam tum mis-
sa fuit, & in conventu ip-
sorum perfecta: Pars autem ejus reliqua, post
annos circiter duodecim addita est, ad theoriam
perficiendam atque absolvendam; exceptis tertio
libro,*

libro , & observatione ultima in parte ultima libri secundi , quæ postea ex chartulis dispersis sunt collecta . Ne controversiis me de hoc argumento implicari paterer , distuli usque adhuc hunc tractatum in lucem emittere ; & distulisse usque , nisi me movisset tandem amicorum importunitas . Si quæ aliæ chartæ super bac materia , eriperant injussu meo ; imperfectæ sunt eae , & forsitan ante scriptæ , quam omnia experimenta hoc in libro memorata cepissem ; mibique ipsi , quæ essent refractionis leges , colorumque componendorum ratio , satis comprobassem . Edidi jam [Anglice] quæ mibi de hoc argumento visum est emittere ; & nolim ea , me insciente , in alium sermonem converti .

Coronas colorum , quæ circum solem & lunam nonnunquam videntur , conatus sum quadantenus explicare ; verum , inopia plurium observationum , materiam illam aliis penitus explorandam relinquo . Argumentum tertii quoque libri imperfatum dimisi ; quia nec omnia ceperim experientia , quæ , cum hac agerem , mecum statuerant capere ; nec , quæ ceperam , omnia iteraverim , donec de singulis ipsorum circumstantiis possem .

mibi ipsi facere satis. In his chartis edendis, illud solummodo mibi institutum fuit; ut quæ ipse experiundo comperissim, communicarem; quæque adbuc restant, aliis penitus exploranda commendarem.

Aprilis 1mo
1704.

I. N.

A U T H O R I S
M O N I T I O A L T E R A
A D L E C T O R E M.

Trac̄tatus Mathematicos in priori Opticas nostræ editione sub finem annexos, in secunda hac editione, utpote ad eandem materiam minus spectantes, subjungere omisi. In fine libri tertii, Quærendorum numerum adauxi. Et ne quis gravitatem inter effen-

essentialis corporum proprietates me babere existimet, quæstionem unam de ejus causa investiganda subjici. Quæstionem, inquam: Quippe qui experimentis rem istam nondum babeam exploratam.

Julii 1610
1717.

I. N.

B I B L I O P O L A
L E C T O R I
S.

NON ignorantis quem inter tot exigua N E W T O N I opera locum huic assignaverint peritiores judices, nec ullibi præterquam in Britannia typis expressum latine fuisse, cur, ut parabile jam ubique fieret, effecerim, rationes multis proferam, sane nihil est opus. Intelliget namque protinus gratissimum perutileque juxta futurum cultoribus genuinæ Physices consilium, quo sine diu porro forte plurimi caruissent hisce lucubrationibus, ex uno earum natali solo hactenus comparandis; utique post longas demum moras & ambages cupidis molestissimas, ac pretio denique minime vulgari: plane ut exteri, longe præsertim a mare distiti, frustra plerumque eas expeterent, nostrisibusque certe paucissimis tam esse felicibus, ut consequerentur, contingit. Quo ne posthac desiderio amplius laborarent inani, prælo in his oris subjiceretur Liber necesse omnino erat. Hujus itaque a me susceptæ operæ rationem reddere superfedissimæ, si quod ad te pertinet.

pertineret ultra, *Lector Benevole*, nihil habuisse dicendum. Nec quæ tui commodi causa, præter simplicis recusionis præstantissimi Operis curam, tentaverim atque præstiterim, commemorasse quoque, ni tua interesset horum certior ut fieres, quibus hæc Editio cæteris omnibus anteferri a te mereatur. Sunt autem sequentia. Quam emendatissima ut prodiret prima mihi certe potissimaque inspectio fuit; quod & obtinui Matheſeos Professoris celeberrimi officiosissima diligentia: cuius in me collati beneficii perennem memoriam non contestari piaculum ducerem. Ne præterea vel in Sculptroris arte atque manu ad Figurarum delineationem, vel in Chartæ nitore, aut Typorum elegantia, quicquam jure delicatores desiderarent, sumptibus non pepercí. Et voti sane compotem me factum nemo cum ratione negaverit. Quibus jam nominibus pariter atque vera Magni Newtoni Imagine, vix extra Britanniam viſa, ornamento haud dubie acceptissimo futura fronti hujus Operis, gratiam inivisse aliquam spero: majorem vero, imo maximam *Indicibus*, quos confici curavi, duobus. Priore nempe, quem ideo *Synopsis in Librorum* &c. appellavi, & ante Tractatum collocavi, Experimentorum, Observationum, & Quæſtionum scopus & usus indicatur: altero autem Materiarum Index Generalis continetur. His certe accessionibus, tam necessariis atque levando studiosorum labori, consulentiumque, idoneis, queis tamen & omnes à Britannis emissæ Editiones Latinæ, & Gallica ipsa Parisina carent, quin præstittisse me quidquid in edendo opere perfectissimo abs Bibliopolæ diligentia præstari valeat, agnoscant cordatores, nullus dubito: unde ad alia juvandis id genus studiis non minus apta emittenda, aut recudenda, factus alacrior & animosior, plura, Deo favente, Officina nostra suppeditabit. Vale.

SYNOPSIS

S Y N O P S I S

LIBRORUM, DEFINITIONUM, AXIOMATUM
PROPOSITIONUM, EXPERIMENTORUM,
OBSERVATIONUM & QUÆSTIONUM.

L I B E R I . P A R S I .

Auctoris institutum pag. 1
D E F I N I T I O I . Radiorum lu-
minis. 2
D E F . II . Refrangibilitatis radio-
rum , majoris minorisve , 2
D E F . III . Reflexibilitatis radio-
rum , majoris minorisve , 3
D E F . IV . Anguli incidentiae , 3
D E F . V . Angolorum reflexionis
& refractionis , 3
D E F . VI . Sinuum incidentiae ,
reflexionis & refractionis , 3
D E F . VII . Luminis simplicis
homogenei , similaris. Lumi-
nis compositi , heterogenei , dis-
similaris , 4
D E F . VIII . Colorum primario-

rum , homogeneorum simplicium.
Colorum heterogeneorum , com-
positorum , 4
A X I O M A I . Anguli incidentiae ,
reflexionis & refractionis , in
uno eodemque piano siti sunt 4
A x . I I . Angulus reflexionis æ-
qualis est angulo incidentiae . 4
A x . I I I . Si radius refractus di-
recto ad punctum incidentiae
revertatur ; in eam ipsam li-
neam , quam radius incidens
ante descripsisset , refringe-
tur. 4
A x . I V . Refractio e rariori me-
dio in densius , fit versus per-
pendicularem ; hoc est , ita ut
angulus refractionis sit angu-
lum 10
†††

lo incidentie minor. pag. 5

A x. V. Sinus incidentie est ad sinum refractionis in data ratione, vel accurate, vel quam proxime. 5

A x. VI. Radii homogenei ex diversis, cujusvis objecti punctis fluentes, & in planam aut sphæricam superficiem reflectentem aut refringentem, ad perpendicularium aut fere ad perpendicularium incidentes; divergent deinceps a totidem aliis punctis, aut paralleli evadent totidem aliis lineis, aut convergent versus totidem alia puncta; accurate, aut saltem absque errore sensibili. Hocque idem eveniet si radii a duabus, tribus, pluribusve plantis sphæricisve superficiebus successivè reflectantur vel refringantur. 7

Foci definitio. 7

A x. VII. Quocunque in loco radii ex omnibus cujusvis objecti punctis fluentes, in totidem alia puncta, postquam reflexione aut refractione coacti fuerint, iterum convenienter; eo in loco imaginem istius objecti super quovis corpore albo in quod inciderint, depingent. 9

A x. VIII. Objection, quod interveniente reflexione aut re-

fractione aspiciantur, eo scilicet per in loco videtur, unde radii post ultimam reflexionem aut refractionem divergunt, quo tempore in oculum spectatoris incident. II

P R O P O S I T I O I. THEOREMA I. Lumen, quæ colore differunt, ea itidem refrangibilitatis gradibus inter se differunt. 13

E X P E R I M E N T U M I. Charata bicolor, trans Prisma videtur bisecta. 13

E X P E R. II. Imago objecti rubri, radiis per lentem transmissis depicta, magis a lente distat, quam objecti cærulei imago. 15

S C H O L I U M. Corporum naturalium colores non sunt prorsus homogenei. 17

P R O P. II. THEOR. II. Lumen Solis constat ex radiis diverse refrangibilitatis. 18

E X P E R. III. Radius Solis, per foramen rotundum in tenebricosum cubiculum introductus, & per prisma transmissus; oblongam, discolorem imaginem in opposto pariete depingit. 18

E X P E R. IV. Foramen rotundum, trans Prisma inspectum oblon-

oblongum, discolor appetat.
pag. 22

E X P E R. V. Radius Solis, idem qui in Exp. 3. per bina Prismata transversim sita transmissus, imaginem oblongam, obliquam depingit. 23

E X P E R. VI. Radius, a primo Prismate magis refractus, a secundo magis refringitur. 30

E X P E R. VII. Charta, binis coloribus prismaticis tincta, trans Prisma videtur bifecta. 32

E X P E R. VIII. Imago objecti, radiis per lentem transmissis depicta, magis a lente distat, cum id lumine rubro collustratur, quam cum lumine cæruleo. 35

E X P E R. IX. Radii cærulei citus a superficie plana prismatis reflectuntur quam radii rubri. 37

E X P E R. X. Binis prismatis similibus in formam parallelopipedi colligatis, possunt reflexione separari radii magis refrangibiles à minus refrangibilibus. 39

S C H O L I U M docens quomodo Exp. 9. & 10. in unum coniungi possint. 41

P R O P. III. **T H E O R.** III. *Lumen solis constat ex radiis, qui reflexibilitate, inter se diffe-*

rant: & qui radii magis refrangibles sunt, iidem quoque sunt magis reflexibiles. 43

P R O P. IV. **P R O B L E M A** I. Separare à se invicem heterogeneos lumenis compositi radios. 44

E X P E R. XI. Radius solis, primo per lentem, deinde per Prisma refractus, in pariete depingit Imaginem oblongam, cuius Colores diversi parum admodum sunt permixti. 46

P R O P. V. **T H E O R.** IV. *Lumen homogeneum regulariter, sine ulla dilatatione, diffusione aut discusione radiorum, refringitur: Et confusior ille objectorum lumine heterogeneo per corpora refringentia visorum aspectus oritur ex diversa refrangibilitate radiorum diversorum generum.* 50

E X P E R. XII. Lumen homogeneum prismate refractum, imaginem rotundam sui coloris, depingit. 50

E X P E R. XIII. Circulus chartaceus, lumine homogeneo collustratus, trans prisma rotundus videtur. 51

E X P E R. XIV. Minuta corpora, in lumine homogeneo, per prisma videntur distincte. 51

P R O P. VI. **T H E O R.** V. *Sinus incidentiae cujusque radii scor-††† 2 jum,*

*sum, est ad finum refractionis
sua in data ratione.* 52

E X P E R . X V . Colligitur id ex inclinatione Imaginum radiis per bina prismata transversim posita transmissis depictarum, ad Imaginem radiis per unum prisma transmissis depictam: 53

Idem mathematice demonstratur ex hoc Principio; corpora lumen refringere, agendo in radios ejus in lineis ad superficies suas perpendicularibus. 55

P R O P . VII . T H E O R . VI . *Conspicilla tubulata, quominus maneris omnibus perfecta construi queant, facit diversa ra-*

diorum luminis refrangibilitas. 57

Radiorum, ex aëre in vitrum transeuntium, refractio: 57
E X P E R . XVI . Lentis ejusdem distantiae focales variae sunt, pro variis radiorum incidentium coloribus. 60

Errores vitrorum objectivorum ex diversa radiorum refrangibilitate nascentes, multò majores sunt erroribus qui ex vitrorum figura sphærica oriuntur. 67

Telescopii per reflexionem inventum. 73

P R O P . VIII . P R O B L . II . *Conspicilla tubulata in brevitatem contrabere..* 77

L I B E R I.

P R O P . I . T H E O R . I . *Pba-
nomena colorum in refraclio-
aut reflexo lumine, non oriun-
tur ex novis modificationibus
luminis, que, pro var. is lumi-
nis umbræque terminationibus,
varie sint impressæ.* 81

E X P E R . I . Si radii solari, in cubiculum tenebriosum intromissi, & per prisma refracti, pars alba transeat per foramen;

P A R S I I .

ea depinget in pariete solitos prismatis colores, quorum quilibet umbrae confinis potest fieri; intercipiendo scil. ad prima partem luminis incidentis convenientem: 81

E X P E R . II . Charta alba, exposta in foco lentis, in quam incidat imago prismatica, alba quidem videtur, si radiis refractis ad perpendiculum obliquetur,

citur, colorata verò, si obli-
que iisdem exponitur. 83

E X P E R . III. Radius solis,
per prisma refractus, & simul
ac primum exierit in albam
chartam incidens, album colo-
rem in ea depingit, si ea ra-
dio perpendicularis fuerit; co-
lores autem alios, si obliqua-

83

E X P E R . IV. Colores bullarum,
quibus pueri ludunt, va-
rii sunt, & varie immutantur
nulla habita ratione confinii
umbræ. 85

P R O P . II. T H E O R . II. *Omne*
lumen homogeneum, colorem
babet proprium & suum, re-
frangibilitati sue responden-
tem: isque color nullis reflexio-
nibus aut refractionibus muta-
ri potest. 87

E X P E R . V. Lumen homo-
geneum, per Prop. 4. Part. 1.
separatum, novis refractioni-
bus, neutiquam colorem mu-
tat. 87

E X P E R . VI. Lumini homo-
geneo exposita corpora cujus-
vis coloris, omnia ejusdem colo-
ris, ac lumen illud, viden-
tur. 88

D E F I N . Radiorum rubrorum,
aurum, viridium, cœruleo-

rum, violaceorum. pag. 89

P R O P . III. P R O B L . I. *Defini-*
rere refrangibilitatem diversorum
generum homogenei luminis, co-
loribus suis diversis responden-
te. 90

E X P E R . VII. Id sit, meti-
endo intervalla quæ singuli co-
lores occupant, in imagine pri-
matica distinctissima. 90

E X P E R . VIII. Lumen ut li-
bet refractum, si contrariis re-
fractionibus ita correctum sit,
ut radius emergens fiat paral-
lelus incidenti, semper album
remanet. 92

P R O P . IV. T H E O R . III. *Co-*
lores compositione procreari pos-
sunt, qui luminis homogenei
coloribus plane similes sint fu-
turi, in speciem quidem & ad
oculorum sensum, non autem in
coloris immutabilitatem & ad
constitutionem ac naturam lu-
minis. Iisque colores, quanto
magis compositi sunt, tanto mi-
nus largi intensique fiunt: do-
nec nimis tandem compositione
dilutiores languidioresque fac-
ti, penitus demum evanescant,
in album vel subalbidum con-
versi. Fieri quoque potest, ut
colores compositione producan-
ter, qui nullis homogenei lu-
minis

†† 3

*minis coloribus prorsus similes
sint futuri.*

95

PROP. V. THEOR. IV. *Albitudo & colores omnes cinerei inter album & nigrum, componi possunt ex coloribus: & Solis luminis albor compositus est ex primariis omnibus coloribus, apta portione inter se commixtis.*

96

EXPER. IX. *Charta alba, objecta ante imaginem prismaticam, eo colore infecta apparet, cui propior est: quod si æque distet ab omnibus, candida videtur.*

96

EXPER. X. *Charta alba, posita in foco lentis, in quam incidebat imago prismatica, albo lumine perfunditur: ultra vel citra focum, coloribus prismatis pingitur.*

97

EXPER. XI. *Imago prismatica, per aliud prisma priori parallelum, ex debito intervallo, inspecta, alba & rotunda videtur.*

102

EXPER. XII. *Radius Solis, per prisma primum, deinde per pectinem transmissus, in charta alba parum distante, colores depingit: sed celerrimo pectinis motu, ii delentur & charta alba appetat.*

103

EXPER. XIII. *Confusi duorum prismatum colores albitudinem producunt.*

105

EXPER. XIV. *Spuma aquæ sapone incrassata, multicolor; è longinquo candida videtur.*

107

EXPER. XV. *Pulveres colorati apta portione permixti, pulverem album, vel cinereum producunt.*

107

PROP. VI. PROBL. II. *In mixtura colorum primariorum, data cujusque quantitate & qualitate, irvenire quis sit futurus compositi color.*

111

PROP. VII. THEOR. V. *Colores omnes in rerum universitate, qui quidem ex lumine orientar, & non a viribus imaginationis pendent, sunt vel colores luminum homogeneorum, vel ex illis compositi: idque vel accurate, vel quam proxime, secundum regulam in praecedenti problemate expositam.*

114

PROP. VIII. PROBL. III. *Ex proprietatibus luminis supra expositis, explicare colorum prismatis exhibitorum rationem*

116

EXPER. XVI. *Arcus cæruleus, radiis per faciem planam prif-*

- matis reflexis, videtur. p. 119
- PROP. IX. PROBL. IV.** Ex proprietatibus luminis supra expositis, explicare Arcus celestis colorum rationem. 121
- PROP. X. PROBL. V.** Ex proprietatibus luminis supra expositis, explicare colorum in corporibus naturalibus permanentium rationem. 124
- EXPER. XVII.** Corpus cuiusvis coloris, in lumine ba-
- mogeneo sui coloris, clarissimum & luminosissimum videtur: in lumine alterius coloris obscurum & tenebriosum. 129
- PROP. XI. PROBL. VI.** Per mixtis inter se luminibus coloratis, componere radium luminis, qui sit eodem colore eademque natura, ac radius directi luminis Solis; in eoque experiri propositionam praemissa rum veritatem. 134

LIBER II. PARTS I.

Observationes circa reflexiones, refractiores & colores corporum tenuium pellucidorum.

OBSERVATIO I. Apprimendo ad se invicem duo prismata, quorum facies erant aliquantulum convexae, in contactu macula radiis transmissis pellucida; radiis reflexis nigra vel tenebrosa apparuit. 140

OBS. I I. Circa maculam hanc videbantur arcus colorati, qui prismatum ad radios lucis obliquitatem semper augendo, in annulos integros flectebantur, primo coloratos, deinde albos & nigros, tandem coloratos, sed ordine colorum inverso. 141

OBS. III. Annuli albi & nigri valde fuerunt distincti, e longinquo visi. Oculo proprius admoto non nihil confusi & colorati videbantur: horum numerus. 142

OBS. I V. Vitri objectivi, parum convexi, superficie convexe, vitrum planam super impositum, maculam, & annulos coloratos successive emergentes exhibet. 143

OBS. V. Annuli colorati, & obscuri, habent diametrorum suorum quadrata in Arithmetica pro-

- | | | | |
|--------------------------------------|------|-----|------------------------------------|
| progressione. | pag. | 145 | mate projectus. Annulorum in- |
| Obs. V I. Aereæ lamellæ vitris | | | terordinia, propter lumen trans- |
| interjectæ crassitudo. | | 146 | missum, nigra videbantur. 156 |
| Obs. VII. Annuli obliquius in- | | | Obs. XVI. Quadrata diametrorum |
| specti majores videntur. | | 149 | annulorum erant quoque in |
| Obs. VIII. Macula centralis | | | arithmetica progressione. 157 |
| obliquatione oculi augetur. 151 | | | Obs. XVII. Bulla aquæ sapone in- |
| Obs. IX. Radiis transmissis, con- | | | crassitate annulos coloratos regu- |
| trarii videntur colores, quam | | | lares exhibit. 158 |
| qui reflexis apparent. | | 152 | Obs. XVIII. Horum colores quo |
| Obs. X. Aqua inter bina vitra | | | ordine, qua serie se mutuo ex- |
| objectiva subrepente, annuli | | | ceperint describitur. 159 |
| minores facti sunt. | | 152 | Obs. XIX. Oblique inspecti hi an- |
| Obs. XI. Bullula medii cujusdam | | | nuli dilatabantur. 161 |
| aere subtilioris in aqua vi- | | | Obs. XX. Radiis transmissis, con- |
| debatur inter bina vitra. | | 153 | trarii videbantur colores, quam |
| Obs. XII. Vitra objectiva lumini | | | qui reflexis apparebant. 164 |
| colorato exposita sunt: Annuli | | | Obs. XXI. Lapidis specularis la- |
| distinctiores videbantur. | | 154 | mella tenuis eosdem colores, |
| Obs. XIII. Annuli per lumen ru- | | | sed languidiores exhibit madi- |
| brum producti, majores annulis | | | da, quam sicca. 164 |
| per lumen cœruleum exhibitis. | | 154 | Obs. XXII. Lamella tenuis vitrea |
| Obs. XIV. Coloribus variis succe- | | | in aere colores floridiores exhi- |
| sive in vitra incidentibus, con- | | | bet, quam lamella aerea binis |
| trahebantur aut dilatabantur an- | | | vitræ interjecta. 165 |
| nuli. Contractio & dilatatio in | | | Obs. XXIII. Annuli intimi copio- |
| colore rubro celerrima, in vio- | | | sius lumen reflectunt, quam ex- |
| laceo lentissima. | | 155 | teriori. 165 |
| Obs. XV. Hi annuli unius erant | | | Obs. XXIV. Annuli colorati per |
| coloris, ejus scil. qui erat à pris- | | | prisma multo plures videntur |
| | | | quam oculo nudo. 166 |

LIBER

LIBER II. PARS II.

Considerationes super præmissis observationibus. pag. 169

LIBER II. PARS III.

De permanentibus corporum naturalium coloribus, & analogia qua est inter eos colores, & colores tenuium laminarum pellucidarum. pag. 186

PROP. I. Ex corporum pellucidorum superficies plurimum luminis reflectunt, quæ vim refringentem maximam habent; hoc est, quæ inter talia interjectæ sunt media, quorum densitates refractivæ inter se maxime differunt. Et in confiniis mediorum æqualiter refringentium, nulla est reflexio. 187

PROP. II. Partes minimæ corporum naturalium fere omnium, sunt aliquo modo pellucidae. Et opacitas istorum corporum oritur ex multitudine reflexionum, quæ in interioribus ipsorum partibus sunt. 189

PROP. III. Inter corporum opacorum & coloratorum partes, multa interjacent spatia: vel

vacua, vel mediis, quæ densitate ab ipsis partibus differant, repleta. 190

PROP. IV. Quo corpora opaca esse queant, & colorata; partes ipsorum, itemque earum intervalla, debent non esse minora quam certæ cujusdam & definitæ magnitudinis. 191

PROP. V. Pellucide corporum partes, pro varia sua crassitudine, reflectunt radios uno colore, & transmittunt radios alio colore; eisdem de cœrulis, ac tenuis lamellæ, sive bullæ reflectunt vel transmittunt radios istos comparate. Atque huic quidem causæ, corporum omnium colores omnes attribuendo: est: istimo. 192

PROP. VI. Corporum partes, ex qui-

quibus colores ipsorum pendent,
densiores sunt quam medium,
quod intervalla earum per-
meat.

194

PROP. VII. Magnitudo partium
ex quibus corpora naturalia
constant, quae sit, ex coloribus
ipsorum conjici potest. 195

PROP. VIII. Reflexionis cau-
sa, non attribuenda est impar-
ationi lumen in partes corpo-
rum solidas sive imperias:
quomodo usque antebac credi-
tum fuit. 202

PROP. IX. Corpora reflectunt
& refringunt lumen una ea-
demque vi, diverse in diversis
circumstantiis se exercente. 208

PROP. X. Si lumen celerius sit
in corporibus quam in inani,
ea proportione, que est Sinuum
qui corporum refractionem me-
riuntur; erunt utique vires
corporum ad reflectendum &
refringendum lumen, propor-
tionales corporum ipsorum den-
sitatibus quam proxime; ex-
cepto quod corpora undosa
& sulphurosa, refringant plus
quam alia corpora, que sint
eadem densitate. 209

PROP. XI. Lumen propagatur
spatio temporis, a corporibus
lucidis; impeditque in tran-

situ suo de Sole in Terram,
ad septem circiter vel octo mi-
nuta. 215

PROP. XII. Omnis radiis lu-
minis, in transmissu suo per
quamlibet superficiem refrin-
gentem, nanciscitur constitu-
tionem quandam seu dispositio-
nem transitoram, quae in ra-
diis progressu aequalibus rever-
titur intervallis, efficitque ut
is in singulis dispositionis istius
accessibus, transmittatur fa-
cilius per superficiem refrin-
gentem proxime deinceps objec-
tam: in singulis autem ejus-
dem intermissibus sive inter-
vallis, reflectatur facilis ab
ejusmodi superficie. 216

DEFINITIO Vicium facilioris
flexionis, vicium facilioris
transmissus, & intervallorum
vicium. 219

PROP. XIII. Causa, quamobrem su-
perficies corporum omnium cras-
forum pelluentium, luminis sibi
incidentis partim reflectant par-
tim refringant, hæc est; quod
radiorum alii, quo tempore in-
cidunt, sint in vicibus faci-
lioris reflexio. i; alii autem,
in vicibus facilioris trans-
missus. 219

PROP. XIV. Que corporum
pellit-

pelluentium superficies radium,
qui sit in vice facilitoris refra-
ctionis, refringunt fortissime,
ex eundem, si sit in vice fa-
cilitoris reflexionis, reflectunt
facillime.

220

P R O P. XV. In radiis cuiusvis
unius & ejusdem generis, e-
mergentibus in quovis angulo e
quavis refringente superficie,
in quodvis unum idemque me-
dium; intervalla sequentium
vicium facilitoris reflexionis &
facilitoris transmissus, sunt,
vel accurate, vel quam pro-
xime, ut rectangulum secan-
tis anguli refractionis, & se-
cantis alius cuiusdam anguli,
cuius sinus videlicet sit prima
ex 106. arithmeticis mediis
proportionalibus inter sinus in-
cidentiae & refractionis, inci-
piendo a sinu refractionis.

P R O P. XVI. In radiis diver-
sorum generum, emergentibus
in aequalibus angulis e quavis
refringente superficie, in unum
idemque medium; intervalla
sequentium vicium facilitoris
reflexionis & facilitoris trans-
missus, sunt, vel accurate,
vel quam proxime, ut radices
cubicæ quadratorum longitudi-
num chordæ, que sonent no-

tas illas musicas in octava;
sol, la, fa, sol, la, mi, fa,
sol, una cum gradibus suis om-
nibus intermediis, ad colores
radiorum illorum respondentibus,
secundum eam similitudi-
nem proportionum, quam in
7. Exper 2. Partis 1. Libri
exposuimus.

221

P R O P. XVII. Si radii unius
cuiusvis generis transeant in
diversa media ad perpendicularum:
intervalla vicium sua-
rum facilitoris reflexionis &
facilitoris transmissus in quovis
uno medio, erunt ad earundem
intervalla in alio quovis me-
dio, ut sinus incidentiae ad si-
num refractionis radiorum tran-
seuntium e primo duorum isto-
rum mediorum in secundum.

222

P R O P. XVIII. Si radii qui ex-
hibent colorem in confinio flavi
atque aurei interjacentem, tr. n-
seant ad perpendicularum e quo-
vis medio in aerem, intervalla
vicium, suarum facilitoris re-
flexionis, sunt $\frac{89000}{10000}$ pars un-
ciae. Et ejusdem quoque lon-
gitudinis sunt intervalla vi-
cium suarum facilitoris trans-
missus.

222

P R O P. XIX. Si radii cuiusvis
gene-

††† 2

generis, incidentes in superficiem politam medii cuiusvis pellucidi, reflectantur; vices facilitioris reflexionis, quas ibabent in punto reflexionis, revertentur usque continuis vicibus; earumque reveriones distabunt a reflexionis punto, spatiis quae sint in arithmeticā progressionē numerorum 2, 4, 6, 8, 10, 12, &c. Inque vicium istarum intervallis, erunt radii in vicibus facilitio-

ris transmissus. 223
P R O P. X X. Intervalla vicium facilitioris reflexionis & facilitatis transmissus propagatarum a punctis reflexionis in quodvis medium, aequalia sunt intervallos similiū vicium, quas iidem radii ita utique habitu i essent si refracti forent in idem medium per angulos refractionis aquales angulis suis istis reflexionis. 224

L I B E R I I. P A R S I V.

Observationes circa reflexiones, & colores laminarum crassarum, pellucientium & politarum.

O b s. I. Speculum vitreum concavo convexum radio Solis, in cubiculum tenebricoso per exiguum foramen immisso, directe oppositum, reflectit versus foramen quatuor vel quinque irides concentricas, vel annulos colorum. 226

O b s. II. Horum annulorum colores quo ordine, qua serie se mutuo excipiant. 227

O b s. III. Annuli isti diametros habent, quorum quadrata sunt in arithmeticā progressionē. 228

O b s. IV. Per prisma multo plures videntur. 229

O b s. V. Radio unius coloris in speculum incidente, annuli quoque videntur ejusdem illius coloris, sed diversæ magnitudinis pro diversitate colorum. 229

O b s. VI. Oculo collocato eo in loco

- loco ubi annuli videbantur, in ipso speculo fasciæ coloratæ vi-
fæ sunt 232
- O**bs. VII. Annuli hi similes annu-
lis in Parte I. hujus Libri de-
scriptis, eandem causam ag-
noſcunt. 233
- O**bs. VIII. Ex vitri speculi craſ-
ſitudine colligitur vices facilioris
reflexionis & facilioris refle-
xionis, 34386. rediſſe. 236
- O**bs. IX. Idem annuli per re-
flexionem speculi vitrei alterius
craſſitudinis producti, causam
eorum in Obs. 7. allatam con-
firmant, 240
- O**bs. X. speculum radio folis o-
blique oppositum, annulos quo-
que producit. 242
- O**bs. XI. Annularum istorum
colores, ortus & magnitudo. 243
- O**bs. XII. Annuli, in eodem
ſitu ſpeculi, producti per re-
flexionem radii luminis homo-
genei. 245
- O**bs. XIII. Annuli, quos pro-
ducit lumen per guttam aquæ
transmissum: indeque corona-
rum circa ſolem aut Lunam
minorum cauſa. 247

L I B E R III.

*Observationes circa inflexiones luminis & colores inde
generatos.*

- O**bs. I. Radio folis, in cubicu-
lum tenebricosum per exiguum
foraninulum admifſo; um-
bra capilli juſto latior eſt, &
tanto latior quanto magis a ca-
pillo diſtant. 252
- O**bs. II. Hæc umbra ternis fasciis
coloratis erat fimbriata. 254
- O**bs. III. Umbræ, fimbriarum,
& ſpatiorum intermediorum
latitudines, ad diversa a capillo
intervalla. 355
- O**bs. IV. Fimbriarum, & inter-
val'orum latitudines quadrata
habent in harmonica progreſ-
ſione. 257
- ††† 3
- O**bs.

- O b s. V.** Radius solis prope cultri aciem transiens inflectitur. 258
- O b s. VI.** Radius solis inter binas cultrorum acies transiens sic inflectitur, ut appareat magis inflecti lumen, quod proprius acies transit. 260
- O b s. VII.** In Obs. præcedente fimbriæ apparent coloratæ. 261
- O b s. VIII.** Radii Solaris, inter binas acies cultrorum, perexiguum angulum continentium, transeuntis inflexio. 262
- O b s. IX.** Dimensiones distantiae cultrorum in iis locis ubi radios inflectunt. 263
- O b s. X.** Fimbriæ cultrorum umbras terminantes, hyperbolicae. 265
- O b s. XI.** Fimbriatae umbræ corporum in lumine homogeneo. 267
- Q U E S T I O I.** Annon corpora agunt in lucem ex intervallo? 270
- Qu. II.** Annon radii, qui refrangibilitate differunt, differunt etiam flexibilitate? Et annon inde fimbriæ supra memoratæ? 270
- Qu. III.** Annon radiorum prope corpora transeuntium inflexio multiplex? 270
- Qu. IV.** Annon radii lucis in corpora incidentes, inflectuntur priusquam ad ipsa perveniant? 271
- Qu. V.** An non corpora & lucem agunt in se mutuo? 271
- Qu. VI.** Cur corpora nigra reliquis facilius incalescant? 271
- Qu. VII.** Cur corpora sulphurosa facilius ignem concipiunt? 271
- Qu. VIII.** Quid causæ est, cur quædam corpora luceant? 272
- Qu. IX.** Annon Ignis est corpus eousque calefactum, ut lucem copiosius emittat? 273
- Qu. X.** Annon Flamma est Fumus candefactus? 273
- Qu. XI.** Annon corpora magna calorem diutius conservant? Et unde calor Solis & Fixarum? 275
- Qu. XII.** Annon sensus videndi efficitur per vibrationes in retina excitatas a radiis incidentibus, & ad cerebrum propagatas? 276
- Qu. XIII.** Annon sensus diversorum colorum oritur ex diversa vibrationum magnitudine? 277
- Qu. XIV.** Unde harmonia & discordia colorum? 277
- Qu. XV.** Annon Nervorum opticorum coitus in uno loco, in

- in causa est , cur binis oculis
objectum videatur simplex &
unum ? 277
- Qu. XVI. Annon colores , ex
oculi pressu visi , oriuntur ex
motibus in fundo oculi excita-
tis per pressum ? 278
- Qu. XVII. Annon radii in me-
dium incidentes , in eo vibra-
tiones excitant , quæ vicium
facilioris reflexionis facilioris-
que transmissus causæ sint ? 279
- Qu. XVIII. Annon calor per
vacuum delatus , ostendit spa-
tia quot vacua dicuntur repleri
medio quodam aere subtiliori ?
280
- Qu. XIX. Annon lucis refractio
oritur ex densitate hujus medi-
i in diversis locis diversa ? 280
- Qu. XX. Annon hoc medium
æthereum pro eo ut ex crassis
densisque corporibus in vacuum
eatur , densius evadit ? 281
- Qu. XXI. Annon eo pacto effi-
citur ut inter corpora & eorum
partes singulas vigeat perpetua
& reciproca gravitas ? 281
- Qu. XXII. Annon resistentia
quam hoc medium objicit cor-
porum motibus , tam exigua
est ut instar nihili reputetur ?
283
- Qu. XXIII. Annon Visus &
Auditus efficitur hujus medii
vibrationibus quæ in organo
excitentur & ad Cerebrum per
Nervorum capillamenta solida
propagentur ? 284
- Qu. XXIV. Annon motus ani-
malis mediæ ejusdem vibratio-
nibus efficitur , quæ in cerebro
potestate voluntatis excitentur ,
indeque in musculos propagen-
tur ? 284
- Qu. XXV. Annon aliæ sunt lu-
minis proprietates , præter eas
quæ hactenus descriptæ sunt ?
Et annon mira crystalli Islandicæ
refractio aliam nobis a-
perit proprietatem ? 285
- Qu. XXVI. Annon radiorum
luminis diversa sunt latera , di-
versis proprietatibus prædicta ?
Et annon inde refractio inus-
tata crystalli Islandicæ potest
explicari ? 288
- Qu. XXVII. Annon errantes
sunt hypotheses , quas con-
finxerunt philosophi , ut phæ-
nomena luminis per novas ra-
diorum modificationes explica-
rent ? 291
- Qu. XXVIII. Annon erran-
tes sunt hypotheses , quibus
lumen in pressu quodam , seu
motu

- motu per fluidum propagato
consistere fingitur ? 291
- Qu. XXIX. Annon radii lu-
minis exigua sunt corpuscula,
e corporibus lucentibus emis-
sa. 298
- Qu. XXX. Annon corpora cra-
sa & lumen in se mutuo con-
verti & transmutari possunt ?
302
- Qu. XXXI. Annon exiguae
corporum particulæ vires ha-
bent attrahentes & repellen-
tes, quibus agant mutuo in se
ipsæ, per interjectum aliquod
intervallum ? 303

F I N I S.



O P T I-